



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Flauia domitilla virgine et martyre. Cap[itulum]. cxxxviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

gens in sancta religioe vitā finiuit anno. lxxv. etatis sue pridie noñ. maij: sepult⁹ constantino poli miraculis clarus. ¶ Hic sanctus doctor libri cōposuit orthodoxe fidei certā traditionē continentē in quattuor libris digestū: quē burgredius pisanus caudicus eugeno pape tertio de greco transtulit in latinū. Librum etiam complauit de vita et moribus saluatoris: et oia xpi et genitricis gesta ab incarnatione vsq; ad ascensionem seriose et particulariter continerem. Librum de laude virginis rhythmico stilo latine cōpositum. Scripsit etiam vitā balaam et iofaphath heremitarum. Aliosq; plures elegātes sermones et tractatus perutilis cōplauit. hymnos et sequentias et alias laudes in honorem genitricis et genti metro dictauit: que q; greco sermone congesta fuerāt metro transferri non potuerunt. Et alia plura vtilia digestit.

¶ De sancto Lucio cirenē. epō. Cap. cxxvi.

Luci⁹ eps cyrenē.

de quo scripsit lucas Actū. xiiij. mentionē facit: a sanctis apostolis primus apud cyrenem pontifex ordinatus est: quo officio p̄dicatiōis fidelissime peracto sanctitate et doctrina cōspicu⁹ quiescit in pace pridie noñ. maij: vt dicit hieronymus in martylogio suo.

¶ De sancto Enodio epō et mar. Cap. cxxvii.

Modius eps apud

antiochiam martyrium passus est: de quo sanctus ignati⁹ scribit: q; primus ibidem ab apostolis episcopus est institut⁹. Qui apud eandem urbem sub persecutione neronis imperatoris glorioso martyrio coronatus vitam finiuit: ibiq; sepultus est pridie kalendas maij.

¶ De sancta Flauia domitilla virgine et martyre. Cap. cxxviii.

Flavia domitilla virgo

apud taracinā cāpanie ciuitatem sub domitiano passa est. Que cum esset flauij clemētis consulis ex sorore neptis: Aurelio filio cōsulis nepoti domitiani imperatoris in coniugiū tradita est: datis sibi duobus eunuchis cubicularijs: videlicet nereō et archileo. Eunq; puella auro et preclosis vestibus regeretur: nereus et archileus qui occulte christiani erant: eidem p̄dicauerunt: et virginitatem multipliciter commendauerunt: in tantū vt ipsa in christum crederet: et virginitatis vo-

tum emitteret. Quam sanctus clemens papa baptizauit: et sacrovelamine cōsecrauit. Quod audiens aurelianus sponsus eius a domitiano impetrauit: et virginē in erco et archileo in pontanā insulā relegauit: putans se per hoc propositum virginis immutare. Postq; autē sancti martyres nereus et archileus martyrium passi sunt: vt dicitur infra in eorū passione. iij. idus sep̄mbris: et vbi sancti maro euryces et victorinus: qui etiā domitillā in fide cōfortauerāt: agonem suum cōpleuerunt: vt dictum est supra de eis. xvij. kalendas maij. Aurelianus virginē de exilio reduxit: et duas virginēs euphrosynā et theodoram collactaneas eius vt ei suaderent misit: quas tamen domitilla ad fidem conuertit. Tunc aurelianus cum sponsis dictarū puellarum et tribus iocularioribus et alijs socijs ad eā accessit: vt ipam saltē violenter opprimeret. Sed cum virgo xpi p̄fatos duos iuvenes cōuertisset. Aurelianus eā in thalamū introduxit: et ibidē minos canere et ceteros saltare secum fecit vt ad libidinē magis accensus: ipam postmodū violaret. Sed cum mini deficerent in canendo et ceteri in saltando: ipse tamē per biduū saltare non cessauit donec in saltando exspirauit. Zuzuriosus frater eius ab imperatore obrenta licentia omnes qui per virginem crediderant interfecit: et cubiculo vbi domitilla cū euphrosyna et theodora morabatur ignem supposuit. Que simul orantes spiritum emisserunt noñ. maij. Quarum corpora sanctus cesarius mane illesa reperiens sepeliuit.

¶ De coniunctione corporum sanctorum stephani et Laurentij. Cap. cxxix.

Coniuunctio corporū

sanctorū martyriū stephani et lauretij facta est rome sub theodosio iunioze. Nam cū eudoria filia theodosij imperatoris et vxor valentiani apud urbē cū viro degens a demonio veteretur: et valentianus illud patri constantinopoli existenti significasset: iubet filiam constantinopolim adduci: vt a reliquijs prothomartyris stephani tangeretur. Corpus enim sancti stephani dudum constantinopolim ex hierosolymis translatum fuerat: vt dicitur infra in inuentione eius. iij. noñ. augusti. Demon autē in eudoria clamabat q; inde nunq; eiret nisi stephanus romā veniret: q; sic erat voluntas apostolorū. Quod imperator audiens a clero et populo constantinopolitano obtinuit: vt corpus stephani romanis daretur: et corpus lauretij grecis traderetur. Hoc autē imperator pelagio pape scripsit: qui de consensu romanozū petitioni imperatoris consensit: missi igitur constantinopolim cardines corpus sancti stephani romā deferunt: et greci p̄ accipiēdo corpore seti lauretij cū eis romā pueniūt. Ea p̄ue autē corpus seti stephani recipit: et a ciuib⁹

